2

## Que hoc libellulo contineantur.

¶ Primus tractatus habet speculum prelatoꝝ. quo se intueri debꝫ omnis potestas. ac illi qui alijs p̄esse studēt. imperatores videlicet reges. duces. principes. episcopi ac omniū ordinū cuiuscūqꝫ religionis p̄lati. vt vera et legittima via alijs gubernando p̄sint. bonuꝫ exemplū ⁊ verum speculū ferant.

¶ Secundus tractatus subditoꝝ est. monens subditos ⁊ oēs homines alijs deditos vera obedientia et voluntatis ꝓprie abrenunciatione maioribus natu obtemperare. ⁊ singulas cōditiones subiecti hominis. quas manutenere debet ⁊ ante oculos ponere enumerat.

¶ Tercius tractatus regale sacerdotium. ⁊ eiusdem sublimitatem ponit continentiā. temperantiā. ⁊ ceteros dignitatis sacerdocij ordines studiosissime tractans.

¶ Quartus tractatus vulgariū hominū huius mūdi calamitates et verendum statum periculaqꝫ vite humane mundanorū pulcherrime confutat.

¶ Quintus tractatus. ea que stimuli penitentie sunt. impedimenta. documēta emolimentaqꝫ eiusdem amplectitur. que venie spes. que conscientie examinatio. que relique penitentie sint ꝯditiones vbere stilo tranctantur.

¶ Tandem additur agonizantis speculum.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-589/0003
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG